





1569
PARACEL
PREPARA
TIONES













Sudhoff. No. 104.

1569. gedruckt bei
Bernhard Jobin, Strassburg







AVREOLI THEOPHRASTI PARACELSI PRAEPArationum, Libri duo.

Opus nuper publicatum per Doctorem Adamum à Bodenstein.





ἀνέχου καὶ ἀπέχου.



EXIMIO PRVDENTISSIMOQVE VIRO DOmino Thomæ Sunnero Pontensi, Medico vigilantissimo, Domino & amico longè charissimo. Adamus à Bodenstein. S. D.

LIBELLOS præceptoris fidelissimi Theophrasti de Præparationibus, aliquot annis ædere retinui, quòd semper sum ratus, fore quendam qui absolutiora præter ea quæ nunc publicamus, in lucem daturus. Erat enim in nonnullis Paracelso cõsuetudo, ut propria scripta, arrepta occasione, temporis commoditate per experientiam adaugeret, quousq; ad veram consistentiam duxisset. Verum cùm

tempus prætereat, & nos magis magisq; senescamus alios expectando. Non est adeo laude dignum, si æquo plus differamus, participes rerum magnarum quibus nemini obesse, plerisque prodesse possumus, facere. Itaque cùm inter varias virtutes & eximiam eruditionem, quam Altißimus tibi contribuit, etiam id comperiam, te eorum librorum, quorum scripta multum emolumenti & laudis meritò demerentur, indefessum indagatorem, scientiarumq; iudicem iustum, & magno desiderio ob id enixè rogare, tibi libros Theophrasti transmitti, statui tuo patrocinio me clientulum, hisce tibi hucusque nimirum non visis Præparationibus eximijs obtemperare, imò committere & commendare. Quorum mentem si trutinaueris exactius, diruto dubio, longè excellentiora,

quàm in omnibus Medicorum antiquorum voluminibus, & cunctorum Neotericorum scholijs reperies. Hæc sufficiant, ampliore enim oratione commendarem, si vel vllo, vel saltem aliqua ex parte, authoris scripta elogio indigerent: sed cùm talia existant, vt te senem reficiant & delectent, & meritò vniuersis doctis æquisq; sint admirationi, necnon Diuina prouidentia gratissima, insipidis & ociosis periculosissima, non est, vt mea barbarie diutius te obtundem. Hoc à te viro doctissimo tantum efflagito, vt meum studium (qui primus extiti discipulorum, nunquam terrore vllo perculsus, edendo saluberrimos fructus diuini Theophrasti nostri) boni æquiq; facere velis, iuxta illud: Si desint vires, laudanda voluntas. Et Et qui per Ioannem Aurspachium no-

ſtrum amicum imprecatus es fœliciſſima, hiſce, nec minus ſacratiſſimis preculis, te virum mihi obſeruandiſſimum, miſericordiſſimo meq́ʒ vtriq́ʒ commendatum cupio. Vale. Datæ ex Muſæo noſtro Baſileæ. Anno 1568. die Othmari.



PRIMI TRACTATVS LIBER PRIMVS, DE Mineralibus indigestis.

DE ANTIMONIO CVIVS virtutes sunt in Morphea, Lepra, Elephantiasi, Vulneribus & Vlceribus.

PRæparatio Antimonij in speciebus Lepræ, est hæc: Accipe Antimonij optimè triti libram, Aceti destillati fortissimè libras quatuor: Tartari albi & crudi libram mediam, reduc in subtilissimum puluerem conterenda, pone in uiolam ad digerendum, tandem per retortam destilla, & egredietur oleum rubeum.

PRAEPARATIO EIVS IN Morphea.

Recipe Antimonij bene contriti libram mediam, Tartari calcinati, Aluminis ana. fiat ſtratum ſuper ſtratum, reduc in ignem reuerberationis, vſque in quartum gradū: tum impelle, & exibit oleum per ſe rubicundiſsimum.

PRAEPARATIO IN VVLNEribus.

Recipe Antimonij, Tartari calcinati vtriuſque libram mediam, Alcool vini kiſt vnum, commiſce & deſtilla per alembicum, vſque ad reſolutionem rei, cuius rei diſſolutæ cape drachmam, Alcool vini vnciam: exicca per coagulationē, pone ſupra marmorem ad ſoluendum in oleum.

PRAEPARATIO IN VLCERIBVS.

Accipe Antimonij, Colchotaris,

ris, Floris æris ana, quantum libuerit, fac stratum supra stratum, pone ad gradum reuerberationis, reduc in alcali vino rubeo: huius alcali cape quantum vis, & oleo oliuarum commisce, in formam linimenti, quo circumlinas circumferentiam vlcerum, & optimè curabuntur.

Additio in speciebus Lepræ.

Accipe huius Antimonij vnciã, olei de fæcibus vini drachmam, olei Amygdalarum amararum ad pondus omnium, commisce singulis hebdomadibus semel atque iterum. Hoc linimento inungas, & curabitur si adhuc nulla raucedo adfuerit. Sed raucitas si præsens, nihil præstabis auxilij.

Additio in Morphea.

Recipe huius Antimonij vnciã cum kist, Tragacanthi drachmas

duas, mucilaginis Consolidæ regalis, mucilaginis seminis Psillij, gummi arabici, singulorum drachmas duas, misce in modum vngenti, ea vtere in Morphea aut Alopicia, bis in septimana inungēdo, ex quo scabiei liquor indurescet & decidet. Tandem consolidabis vngento quod accipit, Spermiolæ, Camphoræ, vtriusq; drachmam & semissem, olei de Cerussa ad pondus omnium, misce, & locum illinito diebus octo.

Additio in Vulneribus.

Recipe huius Antimonij præparati drachmas septem, succi Tartari crudi, olei Mirtillorum, vtriusque drachmas quinque commisceantur. Huius linimenti omni die, aliquantulum immitte vulneri.

Additio in Vlceribus.

Accipe eius Antimonij vncias tres, olei colchotarini vnciam dimidiam, olei lentiſcini ad pondus omnium, fiat vngentum, eo propinquiores partes vlceris inungito, & miraberis effectum.

DE LITHARGIRIO, SEV Argenti ſpuma. Cuius vires ſunt, curare Cancrum, Aeſtiomenum, Ictericiam rubeam, Ignem Perſicum, Vulnera.

PRAEPARATIO LITHARGIRII in Cancrum.

Accipe Lithargirij contuſi librã mediam, Aquæ ſalis, Aluminis, vtriuſque libram vnam, Aceti albi quatuor libras, decoquãtur ad cõſumptionẽ aquarũ, tandẽ affunde aquã dulcem fontanã. Commiſce bene & exicca, ſic præparatum in fiſtulis nec minus commodum eſt.

PRAEPARATIO IN AESTIO-
menis.

Recipe Lithargirij libram, Tartari calcinati libram mediã, Aquæ fontis quantum sufficit, salis communis fusi, Aluminis de rocho, vniuscuiusq; vncias sex, duc in quartum gradum reuerberationis, & aqua prædicta fac alcali.

PRAEPARATIO IN ICTERI-
ciam rubeam.

Recipe myrrhæ, Thuris ana vnciam, Lithargirij vncias quatuor, Aceti generosissimi libram mediã, fiat decoctio.

AD SANANDA VVLNERA.

Accipe Lithargirij aceto quarta vice albificati librã dimidiã, succi Parthenionis, Consolidę minoris, Aristolochiæ rotũdæ ana, fiat mixtura cum mucilagine lubricata.

IN TENTIGINE PRAVA.

Cape Lithargirij abluti libram, Aluminis rochæ libram vnam & semissem, conterantur optimè & commisceantur, ponanturq́ ad quartum gradum reuerberationis horis quatuor, & aqua pluuiali extrahatur alcali. Reliquiæ denuò possunt eo modo præparari.

IN IGNE PERSICO.

Accipe Lithargirij libram, Realgaris rubei vncias duas, Salis armoniaci vnciam dimidiam, commisce & sublima duodecies, tum ad separationem Lithargirij à cæteris affunde aquam.

Additio in Cancrum.

Recipe huius Lithargirij vncias duas, succi Marrubij, Persicariæ, singulorum vnciam, olei ex vitellis ouorum, quantum satis erit ad formandum vnguentum.

In Aestiomenis.

Cape eius Lithargirij vnciã mediã, puluerẽ Chelidoniæ, Gallarũ, vtriusque vncias duas, fiat puluis, tũ huius sume drachmas tres, mucilaginis ex consolida, mucilaginis ex lũbricis, nitri, olei myrthini ana quantũ sufficit ad fiendũ vngentũ.

In Ictericia rubea.

Sume huius Lithargirij vnciam dimidiam, Aluminis rochæ vncias duas aquæ salis vnciam vnam atque semissem.

In vulneribus.

Huius Lithargirij accipe vncias quatuor, olei de Camphora scrupulũ, croci martis scrupulos tres, fiat linimentum, quod vulneribus singulis diebus illiniri debet semel.

Aduersus tentiginem prauam.

Recipe eius Lithargirij vnciam, Realga-

Realgaris communis drachmam, ſucci Chelidoniæ quantum ſufficit formetur linimentum, cum eo locum toties oblinito, vſque quo cutis rubeſcat, & fœtor diſcedat. Tum vtere vnctione quæ capit huius Lithargirij drachmam & dimidiam, mucilaginis Fœnugræci, mucilaginis de Lumbricis nitri ana quantum ſatis erit, vt poſsis formare vngentum.

Contra Ignem Perſicum.

Accipe Vitrioli correcti vncias quatuor, Gallarum drachmam dimidiam, Thuris vnciam, Lithargirij ita præparati, ad pondus omnium, Aceti & Vini vt ſatis ſit. Vſus eius eſt, quouſque membrum vapores non emittat amplius.

DE

DE MARCASITA AVREA, & Argentea. Virtus eius est restringere sanguinem, Menstrua, & Hæmorrhoidas.

PRAEPARATIO IN RESTRI-ctione.

Recipe Marcasitæ in pollinem redactæ vncias duas, olei lini vncias septem: oleum incēde vt exuratur, & melior vis simplicis manebit.

ADVERSVS HAEMORRHOIDAS.

Accipe Marcasitæ vnciam & mediam, Alcool vini optimè exiccati libram, commisce.

Additio in restrictione sanguinis.

Accipe huius drachmam, Corallorum drachmam & mediam, seminis Plantaginis vnciam dimidiam, fiat puluis subtilis. Hæmoptysicis ex alto casu, dabis bibere. Vulneratis in vulnus hunc pulue-

rem

rem ſparges, aut aceto commiſcebis, & circum circa vulnera ligabis.

In Menſtruis.

Huius Marcaſitę præparatę accipe vnciam dimidiam, & oleo Sãdarachæ quantum ſatis erit: commiſce ad formandum vngentum molle, cum quo vmbilicum iterũ atq; iterum inungito, & ſedabuntur menſtruorum ebullitiones.

Contra Hæmorrhoidas.

Recipe eius Marcaſitæ drachmas tres, Salis gemmæ, Mumiæ, ana drachmam, pulueriſentur, puluis inſpargatur.

DE KAKIMIA.

Virtus ipſius potens eſt contra Dyſenteriam, Diarrhœam, & Lyenteriam.

PRAEPARATIO IN DYSENTERIAM eſt.

Vt accipias Kakimię vncias ſex,

ferruginis ferri vnciam mediam, reducas in ſecundum gradum ignis, per horas ſex aut ſeptem, poſtea excipe, & reduc in alcali.

ADVERSVS DIARRHOEAM.

Accipe huius, vt dixi, præparatæ Kakimiæ, olei Nucis muſcatæ, quantum ſufficit pro incorporatione, in ſecundo gradu ignis coquito, formetur bolus.

IN LYENTERIAM.

Recipe Kakimiæ ſic præparatę, vt dictum eſt ſuprà, Gummi arabici diſſoluti in aqua Plantaginis, fiat bolus, reduc ad ſecundum gradũ.

Additio contra Dyſenteriam.

Cape huius Kakimię vnciam dimidiam, columbę aſſatæ quantum ſatis erit.

Contra Diarrhæam.

Accipe huius Kakimiæ drachmam, Theriacæ drachmas tres, formetur

metur electuarium, cuius dosis est à drachma vsque ad drachmas duas aut tres, dabis terna vice in die, vtpote mane, in meridie & nocte. Postea verò quiesces dies tres, tum iterum has doses obserua, sicque ter repetes.

In Lyenteriam.

Recipe Kakimię pręparatę drachmã, Croci martis drachmas duas, Corallorum rubeorum drachmã mediam, Theriacæ quantum satis erit, fiat bolus. Dosis à drachmis duabus ad tres vel quatuor, manè & serò, & singulis propinabis diebus.

DE TVTIA.

Virtutes Tutiæ sunt in Maculis oculorum, Albugine, Strumis, &c.

PRAEPARATIO AD MACVLAS oculorum.

Sume Tutiæ vnciam, Vitrioli

albi, ſucci Euphragiæ, fac in modũ boti cum gummi arabico, duc in ſecundum gradum ignis, fiat linimentum.

AD ALBVGINEM OCVLORVM.

Decies aut duodecies crema in igne Tutiam, & extingue lacte fœminæ, dein hanc Tutiam per noctẽ effice maceretur aqua Roſarum, in illa aqua linteolum mundum madefac aliquantulum, & albugini ſuperimponito.

IN STRVMIS.

Accipe Tutiæ vncias quatuor, Salis fuſi, calcis viuæ, ſingulorum vncias ſex, fac ſtratum ſuper ſtratũ ad quartum gradum ignis, reduc in alcali.

Additio in Maculis.

Cape eius Tutiæ drachmam dimidiam, Viſci ranarum drachmas duas,

duas, Olei laterini ſcrupulum medium, fac collyrium.

Additio in Albugine oculorum.

Recipe Tutiæ huius drachmã, Vitrioli albi drachmas ſeptem, Cãphoræ ſcrupulum & dimidium, miſceantur aqua Fœniculi, vel Euphragiæ, aut Roſarum.

Additio aduerſus Strumas.

Accipe huius alcali unciam, ſalis fellis, ſalis fuſi ana unciam, Vrinæ deſtillatę libram mediam & vncias tres, fiat mixtura, dabis patienti manè & ſerò, per ſeptimanas tres de hac mixtione bibere.

DE TALCE.

Operatio eius eſt vlceribus, vulneribus humidis.

PRAEPARATIO IN VVLNERIbus & vlceribus.

Recipe Talcis libram, cineris Fa-

 barum,

barum, cinerum Auenæ ana librã, reduc in quartum ignem, per diem & noctem, ablue & exicca.

Additio.

Recipe huius Talcis vnciam, liquoris Mumiæ, Terebentinæ lotæ, ana quantum sufficit, fiat vngentum.

DE CALAMINARE.

Calaminaris functiones sunt in Emplastris, Collyrijs, & Igne Persico.

PRAEPARATIO AD EMPLAstra.

Recipe Calaminaris abluti vnciam, Colchotaris, Sulphuris viui ana vnciam & mediam, fac stratũ suprà stratum ad quartum diem, per diem & noctem, reduc in secũdam ablutionem.

AD OCVLOS.

Cape Calaminaris huius prȩparati vnciã, Aceti destillati, vncias sex, fiat

fiat extractio, deinde exicca iſtam.

AD IGNEM PERSICVM.

Accipe Calaminaris crudi librã mediam, aquæ Nenupharis vncias ſex, Aluminis plumoſi vnciam mediam, reduc in digeſtionem nitri, per ſpaciũ hebdomadæ, deſtilla. Eſt deſcriptio Geberi, errat in iſta deſcriptiõe Petrus de Argilla.

AD VNGENTA.

Accipe huius Calaminaris ſecundò abluti vncias tres, olei de vitellis ouorum drachmam, formetur bolus gummi arabico, reduc ad ignem ſecundi gradus, per horas quatuor, reduc in ablutionem.

Additio Emplaſtrorum.

Cape Emplaſtri Apoſtolici vncias ſex, huius Calaminaris vnciam mediam, Camphoræ drachmam, fiat Emplaſtrum.

Ad Oculos.

Sume huius Calaminaris vnciam, aquarum Euphragiæ, Fœniculi, Rosarum ana drachmas tres, fiat collyrium oculorum per noctem.

Ad Ignem Persicum.

Sume eius Calaminaris vncias sex, aquæ Vitrioli & Gallarum.

Ad Ungenta.

Accipe vngenti Agrippini vncias quatuor, vngenti ex flore æris vnciam dimidiam, huius Calaminaris drachmas decem, commisceantur. Est optimum in vlceribus, in scabie, & pruritu.

TRACTATVS SECVNDVS.

DE HAEMATITE.

Hæmatitis principaliora arcana sunt in sanguinolentis Vlceribus, Menstruis, Profluijs immaturis, Dysenteria laxa, Diarrhœa.

PRAEPARATIO IN SANGVInolentis Vlceribus.

RECIPE Hæmatitis, luti lephãtei, boti armeni ana vncias tres, fiat mixtura liquida, cum Thragãto in aceto dissoluto, reduc ad quartum gradum reuerberationis, deinde extrahe alcali. Nota. siue in vulneribus, herpete, lupo, sanguis incalescat, & effluat immodicè, illũ

puluerem hæmatitis inspergas, quod constringat vehementer venas, optimum est remedium.

IN MENSTRVIS.

Accipe Hæmatitis vncias quatuor, Masticis dissoluti vncias decē, Carabæ vnciā & semissem, fiat mixtura decoquēdo in aqua Aluminis. Reduc in ablutionem, (Hęc menstrua sistenda sunt, quæ discolorationem faciei efficiunt) Si decoctionem cōtinuaueris horis 7. aut 8. tunc mollescet materia, ex qua tādem Trociscos formabis, qui vsui venient in mensibus.

IN PROFLVVIIS NON MAturis.

Accipe Hæmatitis vnciam, olei Nucis muscatæ, olei de Granis actis, singulorū scrupulos quatuor, reduc in compositū, dosis est, scrupulus in aqua Rosarū decocta, cū radi-

radicibus Plantaginis. Hæmatites sistit proffluuium absque torsura. Quod si contingeret torsiones adesse, lapidis generatio aderit.

IN DYSENTERIA LAXA.

Accipe Hęmatitis, Corallorum rubeorum, Spodij ana drachmas quinque, seminis Tanaceti ad pondus omnium, fiãt Trocisci cum mucilagine de visco Botin. Dosis est drachma media.

ADVERSVS DIARRHOEAM.

Accipe Aluminis glaciei, Hæmatitis, Croci martis, singulorum ęqualia pondera, forma Trociscos cum Arabico gummi dissoluto in aqua Plãtaginis, à radicibus & herbis simul abstracta. Dosis est vna drachma, & interdum ascendit ad drachmam & dimidiam.

Additio in sanguinolentis Vlceribus.

Accipe huius præparati Hæma-

titis

titis drachmam, Gallarũ ſcrupulũ dimidiũ, ſerapini ſeſquiſcrupulos, olei de ferro, de floribus malorum quantum opus erit pro incorporatione, fiat vngentũ: in vlceribus putridis & acutis adde olei ferri, liquoris Mumiæ, tum valet etiam in herpete, in Æſtiomenis.

Additio ad Menſtrua.

Accipe eius Hæmatitis vnciam, Piperis longi, Nucis muſcatæ ana drachmam mediam, cinis Ranarũ foliorum, ſcrupulos quatuor, formentur Trociſci cum aqua mentę. Doſis eſt ſcrupulus, vſque ad ſcrupulos duos.

Additio in Profluuijs non maturis.

Accipe huius Hæmatitis, aquæ Marrubij, ſucci Meliſſæ ana vnciã, commiſceantur. Doſis à drachma media vſque ad ſeſquidrachmas.

Additio

Additio in Dysenteria.

Dato huius Hæmatitis præparati aliquantulum in vino rubeo, in quo extinctum sit prius ferrum ignitum, aut in Theriaca tribue.

Additio in Diarrhœa.

Huius hæmatitis drachmas tres, Perlarum scrupulum mediũ, Mumiæ liquefactę ad pondus omniũ, fiat mixtura. Dosis à drachmis duabus vsque ad tres vel quatuor.

DE SAXIFRAGO.

Saxifragi virtutes primariæ sunt aduersus Vsneam, Arenam, Pruinam & Grandinem.

SAXIFRAGI PRAEPARATIO prima, contra Vsneam, Pruinam & Grandinem.

Accipe Saxifragi vnciam, Boracis drachmas duas, Salis gemmæ drachmas sex, salis fusi vnciam, reduc stratum super stratum ad ignẽ

reuerberationis per quartum gradũ, per horas 24. duc in alcali. Dosis est drachma media in vino albo.

SECVNDA PRAEPARATIO.

Recipe huius Saxifragi vnciam, reduc per se ad quartam reuerberationem, cuius reuerberati cape vnciam, Cineris ex radicibus Raphani maioris drachmam, alcali ex radicibus Petroselini scrupulum, commisce. Dosis à scrupulo vno vsq; ad tres vel quatuor.

Additio.

Accipe huius Saxifragi drachmam & dimidiam, seminis Apij, Erucæ ana drachmam, Medonis clarificati vncias decem. Dosis ab scrupulis quatuor vsq; ad sex aut septem, & pergito medicina vsque quo vrina non amplius formam Tartari repræsentet.

DE ARSENICO.

Virtutes occultæ insunt Arsenico in Vlceribus & Vulneribus sanãdis, imo etiam Syronibus, Cancrenis & Fistulis. Tres habet Arsenicus præparationes, vtpote, Mumiæ vna est, altera Balsami, tertia liquoris.

PRIMA PRAEPARATIO EST SIC.

Recipe Arsenici albi vncias sex, Salis fusi, Colchotaris ana vnciam vnam & semissem, misce & reduc ad secundum gradum reuerberationis, per horas tres vel quatuor, excipe, ita quinquies colligito ipsum eleuatum, tunde & præpara vt dictum est.

FORMA BALSAMI.

Accipe Arsenici albi vncias decẽ, Talcis vncias quatuor, Calcis viuę vncias quindecim, subtiliter pulue risata quæq;, misce, duc ad quartũ gradũ reuerberationis per horas

viginti

viginti quatuor: tum etiam eleuatus est Arsenicus, quem collige diligenter. Hunc sublimatum Arsenicum pone suprà marmor, in locū humidum, & conuertetur in oleū.

TERTIA PRAEPARATIO LIquoris est.

Accipe Arsenici crudi aut albi, mediam libram, Salis nitri libram, Salis gemmæ vnciam dimidiam, fac puluerem subtilem, reduc in apertam reuerberationem, per horas viginti quatuor. Notabis. Arsenicus ita reuerberatus, post horas fortasse tres aut quatuor, liquescet, illum liquorem effunde in aquam calidam, & coquendo iuxta artem extrahe & coagula alcali eius.

Additio Mumiæ Arsenicalis.

Recipe huius Mumiæ vnciam, liquoris Terebotin vncias duas, fiat

fiat in modum olei. Maximum est mundificatiuum vlcerum & vulnerum etiam Æstiomeni.

Additio Balsami.

Recipe huius Balsami drachmas tres, olei Vitellorum drachmas decem, Terpentinæ destillatæ drachmam vnam, fiat mixtura. Balsami & Mumiæ vsus est in duodecim horis repetendus.

Addito Liquoris.

Huius Liquoris accipe drachmas quindecim, corticum Granatorum drachmas sex, Thuris drachmas duas, mucilaginis de Botin, ad pondus omninm, misce, &c.

DE AVRIPIGMENTO.

Arcana eius præcipuè valent in Fistulis, Cancro, Aestiomenis.

PRAEPARATIO AD FISTVLAS.

Accipe vnciam Auripigmenti,

Tartari calcinati quadrãtem, post stratificationem, duc per diem & noctem ad quartum gradum reuerberationis, ita coctum diffluit, excipe, tunde, & aqua coque, & in fundo album hunc puluerem collige, qui positus supra mar mor, resoluitur in formã olei. Hoc tenta, aut siringa immittito fistulis, aut puluerem spargito in vlcera.

AD CANCRVM.

Recipe Auripigmenti vncias quinque, Fuliginis vnciam mediã, Salis armoniaci vncias tres, reduc ad quartum gradum reuerberationis per diem & noctem, reduc in alcali. Quod certè est summum arcanum in Cancrum.

IN AESTIOMENIS.

Accipe Auripigmẽti vncias tres, Aluminis calcinati vncias sex, duc

ad

ad ignem vt suprà, cum extractione alcali.

Additio in Fistulis.

Accipe huius Auripigmēti preparati drachmam mediam, Resinæ pini vnciam vnam, Ceræ ad pondus omnium, fiat cerotum applicādum fistulis.

Additio in Cancro.

Cape Auripigmēti huius drachmas quinque, de cineribus fimi Columbini, olei Vitellorum ouorum quantum sufficit, fiat vngentum.

Additio in Aestiomenis.

Huius Auripigmenti drachmas sex, liquoris Mumię drachmas duas, olei Rosati vnciam & semissem, mucilaginis seminis Psillij ad pondus omnium. Fiat vngentum aut cataplasma. Notandum. Si patiens inflammationes intensas sentiat, antequam medicamentum hoc

addas eius centro, operæprecium erit, oleo Camphorę ſuperfuſo, eas auferre, & tum tãdem confugere ad cataplaſma prædictum.

DE SVLPHVRE MINERALI.

Arcanum Sulphuris valet ad conſeruandam Sanitatem, profligandum Apoſtemata peracuta, auferendum Aſthma.

PRAEPARATIO AD CONSERuandam ſanitatem.

Cape Sulphuris vncias quatuor, Croci Orientalis, Mirabolanorum chebulorum, Belliricorum, ana vnciam, olei ex baccis Iuniperorum, quãtum ad incorporandũ ſatis erit, reduc in ſublimationem.

PRAEPARATIO IN APOSTEmatibus acutis.

Cape Sulphuris viui librã, Colchota-

chotaris, Salis fusi, singulorum libram mediam, puluerisa & fiat sublimatio, sublimatum spondilibus adhærens, denuò recenti Colchotare & sale fuso commisce, & eleua vt prius, hanc vice tertia repete.

PRAEPARATIO IN ASTHMATE.

Accipe Sulphuris fusi libram, de flaxis Santali rubei, Cupressi, Pini ana ad pōdus Sulphuris, stratifica iuxta artem, crema in igne reuerberatorio, fiat alcali. Huius alcali sume vncias decem, myrrhæ vncias quinque, reduciterum in corpus volatile.

Additio in Conseruatione sanitatis.

Recipe huius Sulphuris vnciā mediam, Myrrhę rubeæ, Croci Orientalis, singulorum drachmam dimidiam & scrupulum, aloe hepatici ad pondus omnium. Dosis est

ſcrupulus dimidius & aſcendit ad integrum.

Additio in Apoſtemata peracuta.

Accipe huius Sulphuris vnciã dimidiã, olei Nucis muſcatę drachmam, aquæ Veronicæ præparatæ, ad pondus omnium, fiat hauſtus.

Additio in Aſthmate.

Accipe huius Sulphuris vnciã dimidiã, Thebaici correcti drachmas tres, Theriacæ quantum ſatis erit, ad excipiendum, formetur Electuarium, ex quo propinabis vnum ſcrupulum, duos aut tres, pro ratione rei.

TRA-



TRACTATVS TERTIVS, DE GEMMIS PERSPICUIS & OBSCURIS.

DE CORALLIS.

Effectus Corallorum, restringit Menstruum & Profluuium, assumptum venenum expellit, Tonitrua dißipat, Incantamenta & Obseßiones soluit, Timidos & Melancholicos ad pristinum statum reducit.

PRAEPARATIO CORALLORVM, ad restringendum Menstruum & Profluuium.

ACCIPE vnum lotum Corallorum, drachmam olei Myrtillorũ, Olibani sesquivncias, Salis fusi vncias duas, cõterẽda contũdãtur & commisceãtur, crema igni horis

 octo-

octodecim in quarto gradu reuerberationis, postea ablue aqua plãtaginis.

PRAEPARATIO CORALLORVM contra imbibitum venenum.

Recipe Corallorũ vncias duas, aquę Ligustici mediam libram, Salis gemmæ, Vitrioli albi singulorũ drachmas duas, reduc ad digerendum in secundo gradu ignis per mensem, quod tum rubeum erit, excipe, & coagula.

PRAEPARATIO CORALLORVM in Tonitruis.

Accipe Corallorum drachmas sex, de cineribus Cumini Romani, Fabarum ana drachmas tres, Aluminis præparati ad pondus omnium, fiat mixtura, addendo Alcool Vini exiccati libram dimidiam, pone ad digerendum, per dies quinque, Exicca.

PRAE-

PRAEPARATIO CORALLORVM pro Incantatis, Obſeſsis, Timidis, Melancholicis.

Accipe Corallorum, Viſci quercini, Hippericonis, ſingulorum vncias tres, Storacis calamitæ, Laudani gummi, vniuſcuiuſqꝫ drachmã & mediam, Vrinę deſtillatæ libras duas, pone in botio, ſuperaddito alembico cæco, digeſtioni impone per biduum, tum deſtilla, deſtillatum reaffunde, & vt dictum, procede.

Additio in Menſtruis reſtringendis.

Accipe Corallorum præparatorum drachmam, ſeminis Tanaceti, Plantaginis vtriuſque ſcrupulũ cum dimidio, Piperis longi, Nucis muſcatæ, ſingulorum ſcrupulum dimidiũ, pulueriſentur. Doſis eſt, ſcrupulus in vino temperato.

Additio, cùm venenum sit assumptum.

Recipe eius Coralli scrupulos quinq;, Theriacæ vnciam mediã, radicum Lappatij maioris ad pondus omnium, Alcool vini exiccati libram dimidiã, reduc ad digestionẽ per septimanã. Dosis à quindecim granis ad scrupulos vsq; duos.

Additio in Tonitruis.

Cape istorum Corallorũ drachmas duas, specierũ Diacumini vnciam mediam, sanguinis Yrci præparati, ad pondus omnium, misce, addendo saccarũ pro tragemate.

Additio.

Accipe huius Coralli drachmas nouem, Ostrutij plãtati drachmas quindecim, Visci quercini vnciam & semissem, misceantur aqua Hypericonis. Dosis vncia est media, ad drachmas sex se extendit.

DE

DE MAGNETE.

Arcanum Magnes habet in Vlceribus & Vulneribus, cum flaxis aut fragmentis.

PRAEPARATIO MAGNETIS IN Vlceribus & Vulneribus, cum flaxis aut fragmentis.

Accipe Magnetis vnciam, Calcis ouorum vncias sex, ſpatifica hæc duo iuxta artem, reuerbera in quarto gradu ignis, viginti quatuor horas.

Additio.

Recipe huius Magnetis vnciã mediam, Carabæ vncias duas, reducantur in ſubtiliſsimum puluerem, & ſecundum artem libra media emplaſtri Oppodeltoch vel Apoſtoliconis, miſcendo vtitor.

DE

DE GEMMIS TRANSLVCENTIBVS.

Præparatio Gemmarum consistentium in diaphanitate, est quadruplex.

PPIMA PRAEPARATIO PER Reuerberationem.

Accipe Cristalli libram, aquæ Entali libras duas, misce per imbibitionẽ, reuerbera per vigintiquatuor horas, & ex libra habebis vertonem vnũ, cuius dosis sunt drachmæ duæ.

SECVNDA ET TERTIA PRAEPAratio per Calcinationem & Sublimationẽ.

Recipe vnciam Cristalli, Salis Armoniaci vncias tres, puluerisa, sublima: Sublimatum collige, iterumq́ue vt prius sublima, sexies repetendo: Tandem accipe eius Cristalli eleuati vnciã mediam, Aquæ communis destillatæ vncias quatuor,

tuor, fiat alcali. Dosis est media drachma.

QVARTA PER DESTILLAtionem.

Cape Cristalli eleuati vnciam, aquarum Nitri, Aluminis sine destillatione, singulorũ vncias duas, permittito maturare ꝑ quatuor septimanas, deinde destilla, destillatũ coagula, coagulatũ resolue per se. Dosis est scrupulus. Sicq; de omnibus gemmis preciosis intelligendum est perspicuis.

DOSES ADMINISTRATIONVM.

Summa virtus Rubinorum crudorum est in cura dysenteriæ, & dosis vncia est: Dosis reuerberatorum drachmæ duæ: Dosis calcinatorum drachma vna: Dosis sublimatorum drachma dimidia: Dosis destillatorum scrupulus vnus.

Gra-

Granati deſtillati præſtãt in forma Collyrij, optimum auxilium contra maculas oculorum.

Smaragdi deſtillati Hæmoptyſin curant.

Saphyri ita præparati, tremorẽ cordis abigunt, & Synthenæ medentur. Doſis, ſunt quinque grana. Sic de reliquis gemmis præparatis videbis effectus, quos Bartholomæus Anglicus lapidibus tribuit.

ADDITIONES PER GENERAtionem lactis.

Additio Criſtallorum.

Accipe huius Criſtalli præparati drachmas duas, de ſpermate lactucæ drachmas quatuor aut quinque, puluerifa, & propina aqua Amygdalorum.

Additio

Additio Granatorum.

Accipe eorum Granatorum vnciam dimidiã, Aloe hepatici drachmas tres, Sulphuris præparati drachmam & semissem, fiat mixtura saccaro clarificato. Dosis à drachmis duabus vsque ad tres, continuando quindenam.

Additio Saphyri.

Recipe Saphyri drachmas tres, Ambræ dissolutæ drachmam & dimidiam, Storacis calamitæ scrupulum, commisceantur. Dosis à scrupulo vno vsque ad sesquiduos.

Additio Smaragdi.

Cape eius Smaragdi scrupulũ, liquoris Melissę drachmam, Abrotani drachmas duas, misceantur. Dosis à guttis tribus vsque ad sex.

Additio

Additio Hyacinthi est hæc.

Accipe Hyacinthi præparati scrupulum, gummi Laudani scrupulum & dimidium, fiat mixtura. Hæc est medicina summa, & maximum arcanum in febribus ex putrefactione terræ & aquæ. Magnũ etiam præseruatiuum ipsis, qui vexantur febribus his, si bibant in coniunctione Solis & Lunæ, guttas huius medicinæ quatuor aut quinque, idq; bis aut ter in anno.

TRA-



TRACTATVS QVARTVS.

DE SALIBVS, ALVMINIBVS ET VITRIOLO.

Hæc vniuerſa ſunt ex Elemento aquæ.

Præſtantiſsimas oſtendit virtutes Vitriolum, in omnibus ſpeciebus Caduci, ſuffocatione Matricis, Syphita ſtricta, Gutta, Plethoriam corporum.

PRAEPARATIO VITRIOLI IN ſpeciebus Caduci, vt ſunt Analepſia, Catalepſia, Epilepſia.

RECIPE Vitrioli libram, abſtrahe phlegma, quod tū iterum affunde, repetendo aliquoties, deſtilla in quarto gradu ignis, cuius doſis eſt

 ſcru-

ſcrupulus dimidius vſque ad ſcrupulũ integrum, in die paroxiſmi, & ante & poſt, tribuatur medicina.

PRAEPARATIO IN SVFFOCAtione Matricis.

Accipe Vitrioli à phlegmate & Colchotare purgati vncias duas, Pulegij vncias tres, Alcool vini vnciam dimidiam, deſtilla. Doſis eſt ſcrupulus dimidius vſque ad integrum, & eſt potentiſsimum remedium.

PRAEPARATIO EIVS IN SYphita ſtricta, & Gutta.

Accipe Vitrioli præparati prædicti vnciam, Aluminis Iameni vnciam mediam, per quartum gradũ ignis, duc in liquores, quorum põdus extrinſecè vſus applicandi eſt drachma dimidia ſupra partẽ Sinthomatis. Internè verò grana ſex vſque ad nouem, extremitati linguæ

guæ admonendi.

Additio in ſpeciebus Caduci.

Recipe Vitrioli ſic præparati drachmam, liquoris Viſci quercini, Orizontis ana grana quatuordecim, miſceantur.

Sinthoma Caduci eſt in nucha, is locus poteſt inungi pinguedine Caſtoris.

Additio in Suffocatione Matricis.

Accipe huius liquoris grana ſeptem, granorum actis drachmam, Alcool vini ad pondus omnium, fiat commixtio, vmbilico ſuperpònenda.

Additio in Syphita.

Accipe Vitrioli prępàrati drachmam, Hipericonis ſeminis vnciam mediam, Ambræ grana ſex, miſceantur.

Sũma Vitrioli præparatio hæc eſt, Separa liquorem à Colcho-

tare, huic liquori adiunge tãtundẽ in pondere Alcoolis vini, deinde adde aliquantulum panis siliginei torrefacti & contusi, ponendo ad digestionem per mensem. Postea fiat separatio liquoris à pane, tum demum extractio Alcoolis per destillationem primi gradus, & Vitriolum in fundo vini accipies.

VITRIOLI ALBI PRAEPARATIO ad dolores oculorum exteriores.

Accipe Vitrioli albi drachmas quinque, olei de Siligine vnciam mediam, olei de Camphora drachmas duas, fiat maturatio in digestione, triginta diebus, tum destillà per descensum.

Si ex partu Neutha oculorum contracta esset, tum tribue sæpius huius destillati, & aqua fœniculi aut Euphragiæ vel Rosarum lymphatæ.

ALIA

ALIA PRAEPARATIO IN Neutha.

Recipe vnciam Vitrioli albi, olei Tartari drachmas ſex, Laterini olei drachmas quinque, fiat deſtillatio.

Additio ad Exteriores dolores.

Accipe Vitrioli præparati ſcrupulum, liquoris Euphragiæ, ſcrupulos duos, liquoris Papaueris rubri drachmam, fiat collirium.

Additio in Neutha.

Recipe huius Vitrioli pręparati drachmam mediam, liquoris Hyoſciami drachmas duas, olei Nucis muſcatæ grana ſeptem, fiat collirium.

Oleum ex Siligine ſic facito: Fac laminam ferream candeſcere, ſuper quam loca Siliginem, & videbis vi ignis egredi liquorem, quē collige.

DE ALVMINIBVS.

Aluminis de Roche virtus valet in Vlceribus cauernosis, Scabie & Pruritu, Vlceribus putridis, humidis.

PRAEPARATIO ALVMINIS AD omnia ista vlcera.

Accipe Aluminis Rochæ libras duas, Aceti albi libram mediã, Salis fusi vertonem, misce cum ebullitione vsque in coagulationem, destilla, in illa aqua lota corpora mirificè reficiuntur.

ALIA PRAEPARATIO AD omnia ista vlcera.

Recipe Aluminis libras decem, succi Chelidoniæ, Plantaginis, singulorum libram, Parthenionis libram mediam & destilla. Istius aquæ accipe libram, aquæ communis libras decem, fac lixiuium, ex quo lauabis vlcera, Alopeciam & Thimum.

ALV-

ALVMEN PLVMOSVM.

Prodest laborantibus Paralysi, Lethargo, Membris stupefactis.

PRAEPARATIO ALVMINIS plumosi in Paralysi.

Cape plumosi vncias sex, Colchotarini resoluti lotos nouem, salis ammoniaci drachmas tres, duc in resolutionem.

Additio in Paralysi, in morbo Lethargo, & membris stupefactis.

Accipe eius præparati Plumosi vnciam, Sanguinis Draconis vncias tres, liquoris Mumiæ drachmas septem, forma vngẽtum molle, inunge eo occiput.

ENTALI.

Conducit ægrotantibus Profluuio & Hæmorrhoidibus.

PRAEPARATIO ENTALI IN vtroque morbo dicto.

Accipe Tartari communis, En-

tali ana vncias duas, Carabæ, Ma-ſticis ſingulorũ drachmas duas & dimidịam, reduc in reuerberationem ad ſecundum gradum, poſtea fiat alçali. Locus in profluuio eſt vmbilicus, locus hæmorrhoidarũ ſpina dorſi eſt.

Additio in Profluuio.

Cape huius Entali præparati drachmã, Boti vſti drachmas tres, Hæmatitis correcti drachmam & ſemiſſem, commiſceantur.

Additio in Hæmorrhoidibus.

Recipe Entali ſic præparati drachmas tres, Corallorum prępa ratorum ſcrupulos quatuor, olei Nucis muſcatæ quantum ſufficit, ad faciendum vngentum molle.

ANA-

ANATHRON.

Anathron valet contra Fiſtulas, Cinillas vel Cintillas, Scrophulas.

PRAEPARATIO IN FISTVLAS, Cinillas & Scrophulas.

Accipe Anathrō drachmas ſex, cinerum Fabarū vncias duas, Calcis ex teſtis ouorum vncias tres, reduc in quartum reuerberationis gradum ad horas duodecim, extrahe alcali. Anathron habet ſecum Mercurium volatilem, qui corrigi debet ita (ſcilicet in his tribus morbis) ſi eo voles vti. Accipe huius Anathri vncias duas, Butyri crudi vncias quatuor, pinguedinis Murmentorum vncias tres, forma vngentum.

SAL GEMMAE.

Virtus Salis gemmæ, est contra Hydropem & Ictericiam.

PRAEPARATIO SALIS GEMmæ, in Hydropisi & Ictericia.

Recipe Salis gemmæ, succi Titimalli vtriusque vnciam, gummi ex Cerasis ad pondus omnium, fiat commixtio, pone in tertium gradū reuerberationis duabus horis, extrahe alcali. Dosis à granis octo ad duodecim. Poteris eo vti in Trociscis allhandaal, loco Diagridij.

Additio.

Accipe Salis gemmæ scrupulū medium, Rebolij liquoris Centaureæ, singulorum scrupulos quatuor, misceantur. Dosis est à granis quatuor aut quinque vsque ad decem aut duodecim in ouo.

ALIA PRAEPARATIO.

Accipe huius Salis gẽmæ drachmam, ſucci Cataputię vnciās duas, farinæ Tritici ad pondus omnium, pinſito ex his panem, ex quo erit doſis à drachma vſque ad duas.

SAL PEREGRINORVM.

Virtus præcipua eſt, vt confortet digeſtionem ſtomachi, infectiones aeris corrigat, Apoſtemata non fiant.

Accipe Salis nitri, Salis fuſi, Salis gemmæ, ſingulorum drachmã, Galangæ maceris, Cubebarum, vtriuſque ſcrupulum, contunde in puluerem, ex quo ſumes vacuo ſtomacho quatuor ſcrupulos.

PRAEPARATIO SALIS PEREgrinantium.

Recipe huius Salis drachmas tres, Alcool vini exiccati librã dimidiam,

diã, elice alcali, cuius accipe drachmas duas, liquoris granorum Iuniperi kiſt vnum, congere vti electuariũ, de quo exhibebis granũ, ſicq́ præparatio & additio abſoluta eſt.

SAL NITRI.

Virtus ſalis Nitri, eſt in Pleuriſi, Vlceceribus cauernoſis.

RRAEPARATIO IN PLEVRISI.

Accipe Salis nitri libram mediã, Tartari crudi librã, deſtilla in ſextum alembicum. Doſis à ſcrupulo vſq; ad grana triginta in aqua fontis aut bono vino exhibenda in aurora, in occubitu Solis & conticinio, & expurgabis per Vrinã, quia illa apoſtemata, quæ ſunt vel circa diaphragma, debẽt expelli per Vrinam, & non per ſeceſſum.

PRAE-

PRAEPARATIO IN VLCERIBVS Cauernosis.

Recipe Nitri, Aluminis, singulorum libram mediam, Aquæ fontis libras duas, destilla in aquam.


Additio contra Pleurisin.

Cape eius nitri drachmas duas, Aquæ Cæsaris, siue aquæ Regis scrupulum medium, Alcool vini exiccati drachmas quinque, misceantur. Dosis sit drachma media, & ascendere potest ad grana nonaginta.

Additio in Vlceribus cauernosis,

Recipe aquæ Plantaginis, Chelidoniæ, foliorum Quercus ana libram & mediam, misce, contra dolores crurium.

TRA-



TRACTATVS QVINTVS.

DE METALLIS.

PRIMO DE AVRO.

Virtutes Auri efficacissimæ sunt in Paralysi, Sinthena, Febribus, Tremorè cordis, Doloribus matricis, Hectica, Peripleumonia, &c.

PRAEPARATIO SOLIS IN PAralysi, Tremore cordis, & Synthena.



CCIPE Solis obrizi drachmas duas, aquę salis Gemmæ vncias sex, reduc in vnum cum separatione vini alcool, deinde accipe Croci drachmas duas, Alcool correcti drachmas sex, fiat mixtura. Dosis à granis tribus vel quatuor vsque ad sex.

PRAE-

PRAEPARATIO IN FEBRIBVS, & acutis morbis.

Accipe foliorũ Auri liquefactorũ ex aqua mellis drachmas duas, alcool vini vncias duas, reduc in separationẽ à melle. Dosis est scrupulus medius, & ascendit ad integrũ.

PRAEPARATIO IN DOLORE matticis, Hectica & Peripleumonia.

Recipe Auri extincti ab aqua Chelidoniæ drachmas tredecim, Mirabolanorum Indorum, Chebulorum vtriusq; drachmam, pone in digestionem per hebdomadam cum separatione aquæ aquositatis superfluæ. Dosis scrupulus est, & interdum drachma.

Additio in Paralysi, Tremore cordis, & Sinthena.

Recipe eius Auri preparati scrupulum, aquæ Lauandulæ cum Alcool vini correcti, atque spiculæ ana vnciam. Dosis est scrupulus.

Additio

Additio in Febribus, & acutis morbis.

Accipe eius Auri quatuor ſcrupulos, ſucci Centaureæ, Salis nitri ana vncias duas. Doſis eſt ſcrupulus medius vſque ad ſcrupulum vnum cum dimidio.

Additio in dolore Matricis, Hectica & Peripleumonia.

Recipe olei Nucis muſcatæ vnciam dimidiam, olei Cheriophillorũ drachmã, huius Salis præparati ſcrupulum. Doſis à ſcrupulo medio ad integrum erit.

DESCRIPTIO AQVAE SALIS gemmæ.

Accipe Salis gemmæ libram mediam, aquæ pluuialis libram, deſtilla per retortam, vſque in conſumptionem totius ſubſtantiæ ſalis.

PVRGATIO AVRI.

Recipe vnciam Auri, Antimo-

nij

nij vncias ſex, commiſce in cruci-
bulo, liquefac, & funde in regulã.

DE ARGENTO:

Argentum virtutes exercet in doloribus Cerebri, Splenis, Hepatis, & in retentione Profluuij.

PRAEPARATIO IN DOLORE
Cerebri, Splenis & Hepatis.

Accipe Argenti laminati drachmas tres, Salis gemmæ drachmas ſex, fac ſtratum ſuper ſtratum, pone in quarto gradu reuerberationis vigintiquatuor horas, extrahe alcali. Huic alcali ſuperfunde Alcool vini per dies quatuor, deinde vinum auferas deſtillando, & alcali recipias. Cuius doſis eſt à granis quinq; aut ſex, vſq; ad duodecim.

PRAEPARATIO IN PROFLVVIO.

Recipe limaturæ Argenti vnciã, reduc in calcem per aquam Regis.

Huius Calcis accipe drachmas duas, Tartari crudi drachmas quatuor, reduc ad quartum gradum reuerberationis, cum extracto alcali.

DESCRIPTIO AQVAE REGIS huius.

Accipe Nitri, Aluminis, Vitrioli ana libram mediam, destilla in aqua.

PRAEPARATIO ARGENTI AD omnia ista mala, siue morbus sit in Cerebro, siue Splene, siue Hepate, siue sit Profluuium.

Accipe Argenti laminati vnciã, Sulphuris purgati vncias quatuor Resinæ Pini vncias duas, fac ex his globum, eum accende, & reduc ad præparationem cum aqua fontis. Dosis est scrupulus vnus vsque ad scrupulum cum dimidio.

DE

DE STANNO.

Eius virtutes sunt in Ictericia, Ascyte, Vermibus.

PRAEPARATIO STANNI IN Ictericia.

Accipe Stanni calcinati libram, Salis vncias quinque, cineris Fabarum libram mediã, reduc in Lithargirium per ignem reuerberationis, cuius Lithargirij accipe vncias decem, Alcool vini libram mediã, post dissolutionẽ reduc in alcali. Dosis grana 6 vsq; ad vndecim.

PRAEPARATIO IN ASCYTE.

Recipe Stanni purgati vnciam, Antimonij vncias duas, Maturę cineri ad pondus omnium, reduc in calcẽ in reuerberatione per horas vigintiquatuor. Tũ accipe eius materiæ calcinatę libram, Alcool vini libram vnam & semissem, fac alcali. Dosis est drachma, & augetur ad sesquidrachmam.

PRAE-

PRAEPARATIO IN VERMIBVS expellendis.

Cape Stanni vncias tres, Salis cõmunis vncias quatuor, Asphalti vnciam, vstione fiat puluis. Dosis drachma est, sed ascendit ad tres drachmas vsque.

Additio contra Ictericiam.

Accipe eius Stanni scrupulos quatuor, Aliptæ moschatæ scrupulum, Bdellij scrupulos duos. Dosis scrupulus est vsq; ad sesquiduos.

Additio in Ascyte.

Recipe huius præparati Stanni drachmam mediã, Sanguinis draconis drachmas duas, liquoris Tapsi vnciam, misceantur. Dosis est vncia dimidia.

Additio contra Vermes.

Recipe Stanni sic preparati vnciam, seminis Colocynthidis, Plantaginis ana drachmas sex, fiat pul-

nis.

uis. Dosis drachma vna vsque ad drachmam cum dimidia.

DE VENERE.

Virtus præcipua Veneris est, profligere Vermes, curare Vlcera, Sanare Vulnera.

PRAEPARATIO IN VLCERIBVS.

Recipe Veneris libram, Botri immaturi libras quinque, Aceti libram, Salis armoniaci vnciam dimidiam, clauso vase duc per mensem integrum in digestionem, postea reduc in ablutionem & in Salem alcali (das ist Spangrün.)

PRAEPARATIO IN VVLNEribus.

Accipe Cupri libram mediam, Terpentinæ destillatæ libram, Salis communis drachmam, Vitrioli drachmas duas, misce, reconde in vitro bene clauso per tres menses.

Tum habebis optimum Balſamũ, huius olei cape drachmam, & olei communis vnciam.

PRAEPARATIO IN VERMIBVS.

Accipe æris calcinati vnciam, aquæ Hipericonis, Centaúreæ ana vncias ſex, aquæ Plantaginis, Vini acetoſi, vniuſcuiuſque vncias quatuor, digere per dies octo. Poſtea extrahe alcali, cuius doſis vnius ſcrupuli põdus ſit, ad quatuor vel quinque non excedens.

PRAEPARATIO IN ORIS VLcera.

Recipe Veneris cæmentati vncias duas, candidi Aluminis vſti, Rochæ ana vncias ſex, Aceti deſtillati libram, extrahe alcali per diem & noctem.

Additio in Vlceribus.

Accipe huius floris æris drachmam, vngenti Agrippini vnciam.

Lum-

Lumbricorum terrestrium drachmas tres, fiat vngentũ, secundum formam.

Alia additio in Vlceribus communioribus.

Recipe huius floris drachmas quinque, aquæ Aluminis vncias quindecim, misce pro lauamento.

Additio in Vulneribus.

Cape eius floris preparati vnciam, olei Anethini vncias tres, olei Vitellorum ouorum vncias duas, commisceantur.

Alia additio in Vulneribus.

Accipe huius floris drachmam dimidiam, Aloe hepatici drachmã, liquoris Consolidæ vncias quatuor, misce.

Additio in Vermibus.

Recipe huius floris æris vnciam, Saccari taberzet, succi Liquirizæ,

ana drachmas duas & semissem, puluis fiat. Dosis à scrupulo dimidio vsque ad integrum.

Additio in oris Vlceribus.

Accipe huius præparati floris vnciam, aquæ Chelidoniæ vncias tres, aquæ Aluminis vnciam, fiat gargarismus, aut lauamentũ oris.

DE FERRO.

Martis primaria vis est Stypticitatem inducere, constringere, exiccare.

PRAEPARATIO IN VIRTVTE Styptica.

Accipe limaturæ ferri vnciam, Salis communis libram mediam, Aquæ fortis quantum sufficit pro incorporatione, reduc in spacium temporis ad mensem, deinde per reuerberationem in puluerem.

PRAEPARATIO IN CONSTRI-ctiuis.

Recipe limaturarum Martis libram

bram mediam, aquæ Aluminis libram integram & dimidiam, Aceti destillati libram & semissem, reduc ad digestionem per mẽsem, postea ablue bene, & reuerbera vsque quò fiat crocus.

PRAEPARATIO IN VIRTVTE exiccatiua.

Accipe duas libras limaturæ ferri, aquæ Vitrioli libram mediam, pone ad digerendum per mensem, postea reuerbera in formam croci.

Additio in Styptica.

Accipe vnciam vnam eius Croci, Boli adusti vncias tres, terræ sigillatæ drachmas quinque, puluis fiat. Cuius vsus esse potest in omnibus Vlceribus & Vulneribus quę requirunt incarnationem. Nec nõ drachma vna bono vino imbibita parum proderit.

Additio in Constrictiuis.

Accipe eius Croci Martis drachmam, Myrrhæ drachmam mediã, Croci Orientalis ſcrupulum, pulueriſentur & commiſceantur. Doſis à ſcrupulis duobus vſq; ad tres aut quatuor.

Additio in exiccatiuis.

Recipe huius croci drachmas tres, Balauſtiarum drachmam, ſucci de Acatijs ad pondus omnium, formetur Electuarium.

DE SATVRNO.

PRAEPARATIO PLVMBI VT carnem inducat.

Accipe cineris Saturni libram, decoque Aceto horis quatuor aut quinque. Hæc Vulnera ſanant, carnem ſolidam inducunt.

DE

DE MERCVRIO.

Virtus Mercurij laxat & incarnat.

PRAEPARATIO PRO INCARnatione.

Accipe Mercurij præparati in puluerē, vncias duas, aquæ Cæsaris vncias decem, reduc in destillationem balnei aliquoties per diē & noctem, & conuertetur in oleū, quod vlcera & vulnera citissimè curat.

PRAEPARATIO PRO LAXAtione.

Accipe Mercurij ab albumine ouorū congelati vnciā, aquæ Aluminis vncias sex, reduc in destillationē per cineres, fiat puluis. Dosis à granis tribus aut quatuor vsque ad quinque. Estque maximum purgatiuū in morbis humidis & putridis: vt sunt humiditas ex lepra, ex pustulis, paralysi, speciebus guttæ, hydrope, &c.



LIBRI SECVNDI

TRACTATVS PRIMVS.

DE NASCENTIBVS EX terra.

PRAEPARATIO TERPENTINAE vt expellat Vermes.

RECIPE Terpentinæ libram, aquæ Centaureæ libram dimidiam, reduc per ablutionem, eius recipe vnciã, agarici drachmas duas, Aloepatici drachmam mediam, cõmisce, eius dosis sit drachma, interdum duæ drachmæ aut tres.

PRAEPARATIO TERPENTINAE vlceribus commodisſima.

Recipe Terpentinę vncias tres, ſucci Alkakenniæ vncias ſeptem, ablue,

ablue, cuius accipe vncias quatuor Thuris vnciam mediam, Gallarũ drachmam & semissem, misceantur. Dosis drachma media, & aliquando integra sit.

PRAEPARATIO BONA IN Vulneribus.

Accipe Terpentinæ libram, Aristolochiæ rotundæ vncias quatuor, Lumbricorum terrestriũ vncias sex, destilla.

Accipe Terpentinę libras duas, olei communis vertonẽ, olei Laurini vnciam, destilla.

Additio in Vulneribus sanandis.

Accipe eius Terpentinæ vncias duas, olei destillati nõ ardentis vnciam & semissem, visci Lumbricorum terrestrium vncias quinque, forma vngentum molle.

Additio in Vulneribus.

Recipe huius vncias duas, Con

ſolidæ maioris vnciam dimidiam. Ariſtolochiæ rotundę recentis, Aloe hepatici ſingulorũ drachmas tres, fiat cataplaſma.

Additio in Vlceribus & Vulneribus.

Accipe Terpentinæ deſtillatæ libram, croci Veneris, croci Martis ana vnciam, ponito ad maturãdum diebus octo, vtere deinde eo ſingulis diebus bis.

MASTICIS PRAEPARATIO IN Stomachi doloribus.

Accipe Maſticis vncias tres, Alcool vini libram mediam, Galangæ vnciam, fiat deſtillatio per Alẽbicũ: doſis eſt ſcrupulus dimidius.

PRAEPARATIO IN VLCERIBVS internis.

Recipe Maſticis vnciam & dimidiam, Hermodactilorum drachmam mediam, miſce & deſtilla. Doſis à granis quatuor vſque ad decem

cem in bono vino.

PRAEPARATIO IN DOLORIbus Iuncturarum.

Cape Masticis vncias sex, Terpentinæ vncias duas, Galbani vncias quinq;, destilla per Alēbicum.

Additio in dolore Stomachi,

Accipe eius præparati Masticis vncias duas, Maceris, olei Croci corporalis, Galangæ, singulorum drachmam & mediã. Dosis à scrupulo medio vsque ad integrum.

Additio.

Cape eius præparati Masticis vnciã, olei Laterini drachmã, olei Masticis scrupulum cum dimidio. Dosis à granis octo ad duodecim vsq;.

Additio.

Recipe huius Masticis vncias sex, olei Laurini destillati vnciam, vini ardentis, Aceti ana drachmã, misce pro vngento.

Additio

Additio communis in intrinsecis & externis Vlceribus.

Accipe Masticis semel præparati vncias decem, Terpentinę vncias quinque, Petrolei vnciam, misceantur & fiat destillatio. Administrabis scrupulum ieiuno stomacho, aut extrinsecè applicabis in die bis, pro ratione necessitatis.

FINIS.

